

1566. SCORZONERA *crispa*.

Sc. caule folioso paucifloro, foliis lanceolatis undulatis nervosis glabris.

Habitat in Tauriae collibus apricis ficcis. Floret Aprili, Majo. 2

Planta plerumque dodrante minor saepe digitalis glaucoviridis glabra. *Folia radicalia* formâ praecedentis, sed valde undulata et crispa, margine scabra: *caulina* parva linearia. *Flos* terminalis formâ praecedentis; accedente ut plurimum uno alterove laterali ex summorum foliorum axillis. *Lanugo* vagâ quasi detrita interdum in juniore ad foliorum axillas et ad basin calycis.

1567. SCORZONERA *hispanica*.

Sc. caule ramoso folioso multifloro, foliis lanceolatis acuminatis subdentatis: superioribus integerrimis amplexicaulibus, calyce glabrinifculo.

Sc. caule ramoso, foliis amplexicaulibus lanceolatis integris basi subferrulatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1499. Gmel. fib. 2. p. 6. n. 4. Pall. ind. taur.*

Sc. major hispanica prima. *Clus. hist. 2. p. 137.*

Occurrit in graminosis planitierum Caucasum a septentrione attingentium, Tanais et Anticetae ofiis interjacentium; nec non inter Borysthenem Palumque Moeotiden. Floret aestate. 2

Foliorum inferiorum dentes sparsi atque minuti in spontaneâ saepe desiderantur. *Calycum* juniorum tantum basis cum pedunculis subpubescens.

1568. SCORZONERA *taurica*.

Sc. caule folioso multifloro calyceque pubescentibus, foliis inferioribus lanceolatis acuminatis integris pubescentibus: superioribus lineari-fabulatis.

Habitat in Tauriae collibus ficcis circa Karassubasar. Floret Majo, Junio. 2

Caulis circiter pedalis tomento albo vago pubescens, sicut foliorum pagina inferior et pedunculi cum calyce. *Folia* radicalia et ima caulina lato-lanceolata in petiolum attenuata plana nervosa margine scabra, superiora sessilia stricta angusta: acumine longissimo. *Flos* terminalis et nonnulli laterales ex foliorum superiorum axillis: *pedunculis* calyce longioribus. *Calyx* oblongus, minus tamen quam *Sc. hispanicae*. *Corollulae* luteae. *Differt* ab affini *Sc. hispanica* pube insigniore imprimis pedunculorum et calycum, *foliis* radicalibus latis integerrimis: caulinis minutis, *ramis* praeter pedunculos laterales nullis et *calyce* breviori.

1569. SCORZONERA villosa.

Sc. foliis linearibus carinatis villosis, caule ramoso. *Linn.* *ed. Willd.* 3. p. 1504.

Sc. tota villosa, caule ramoso striato, foliis carinatis integerrimis, femiflorensis flavis: extimis subtus rubellis. *Scop. carn.* *ed.* 2. n. 952. t. 46.

Sc. orientalis angustifolia, femine longo aspera. *Tournef. cor.* p. 36.

Occurrit in Tauriae collibus aridis, circa Karassubakar et in campestribus ad fluvium Terek, circa oppidum Mosdok. Floret Majo, Junio. ♀

Squamae exaridae albae caulis basin foliaque radicalia cingentes. *Caulis* circiter pedalis ramosus. *Folia* lineari-subulata longa canaliculata carinata juniora imprimis villosa, sicut tota planta; inferiora conferta. *Pedunculi* axillares terminalesque demum longissimi striati. *Flores* magnitudine et formâ *Sc. hispanicae*. *Calyces* lanuginoso-villosi fructiferi caluescentes. *Corollulae* luteae extimae subtus purpurascentes. *Antherae* atrae. *Semina* spinulis sursum spectantibus aspera, caeterum nuda.

1570. SCORZONERA ensifolia.

Sc. caule folioso multifloro erecto, foliis ensiformibus nervosis filiformi-acuminatis, calycibus feminibusque lanuginosis.